

Pavona, Pietro Alessandro. Missae quatuor vocibus concinendae cum basso pro organo ad libitum. Bologna, Lelio dalla Volpe. 1770. RISM P1071.

**Title:**

MISSÆ  
 QUATUOR VOCIBUS CONCINENDÆ CUM BASSO  
 PRO ORGANO AD LIBITUM.  
 DICATÆ  
*Illustriſſimis, Et Reverendiſſimis D. D.*  
 DECANO CANON. ET CAPITULO  
 CIVITATEN.  
 A PETRO ALEXANDRO PAVONA  
 EJUSDEM ECCLESIAE MUSICÆ PRÆFECTO.  
 [orn.]  
 BONONIAE  
 [orn. line]  
 Typis Lælii a Vulpe Inſtituti Scientiarum Typographi. 1770.  
*SUPERIORUM PERMISSU.*

**Dedication:**

[page 1]

*ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI DD. | DECANE CANONICI ET CAPITULUM. |*

*EJus Artis, quam ſinguli profiteremur, Viri Illuſtriſſimi | Et Reverendiſſimi, laudandæ  
 conſuetudinem ab ipſa hauſimus | Natura, qua ficuti nos amamus impenſius noſmetipſos, ita |  
 ſumus ſtudioſi plus æquo rerum noſtrarum æſtimatores. Non | tamen Muſices talis conditio eſt,  
 quæ aliundè, quam a ſe ipſa | mutuari debeat laudis argumenta, atque ab integro, Et ger-|mano  
 imparata, contaminati, aut fuſcèti indigeat laudato-|ris. Si enim originis vetuſtatem,  
 præſtantiam, utilitatem quæ-|ramus, licet illam hominibus ferè æqualem ſuſpicari: noui-|mus  
 habuiſſe locum in ſummis rebus, atque ad levandos ani-|mos, ad grates agendas, ad hominum  
 commercium cum Su-|peris ſanctius firmandum inſtitutam Muſicen fuiſſe. Ut enim | fabuloſa  
 prætereamus tempora, quibus hujus artis auctorem | tradunt fuiſſe Orpheum, qui delinitis per  
 ipſam Manibus Eu-|ridicem evocavit ab Erebo; fuiſſe Amphionem congerentem fi-|dibus ſaxa ad  
 mœnia Thebarum; fuiſſe Arionem Delphino | inſidentem, ſuavique cantu blandientem undis;  
 Carmen certè | Moyſen ceciniſſe, Divino afflante Numine, in Sacris legimus | Scripturis, Iſraelitis  
 de Ægypti ſervitute eduçtis, ſubſidentibus | aquis, altoque vortice ſubmerſis Ægyptiis. Neque  
 multo anti-|quorem negare auſim fuiſſe Muſicen. Nam nihil vetat cre-|dere Noe, ex Arca  
 egreſſum, carmen etiam ceciniſſe ſoſpitali | Deo: ceciniſſe Abraham viçtorem, a Melchizedeſcho  
 receptum: | ceciniſſe Jacob, quo tempora fœdus pepigit poſt luçtam: ceciniſ-|ſe tandem veteres  
 alios pientiſſimoſque Patres poſt aliquod præ-|cla-*

[page 2]

*clarum fortunatumque eventum, quod honorum omnium largitori acceptum referrent. Nulla profecto natio fuit, quæ Mufico | concentu non uteretur in facris suis, in Bellis, in Orationibus, in Triumphis, in Ludis, in Nuptiis, pro Populi, aut | Principium incolumitate, pro agrorum fertilitate, ad prodigia averruncanda, ad superos placandos, ad impetrandam | tranquillitatem. Quorsum hæc, Viri Illustrissimi, Et Reverendissimi? nisi ut intelligatis Munusculum esse hoc Muficum a | me vobis oblatum, levidense quidem crasso filo Auctoris causa, | sua tamen excellenti natura commendatum. Quamvis autem | ingenti illa observantia, qua semper vos colui, Et reveritus | sum, jam tum etiam aucta, cuj splendoribus insignibus decorati, Et ampliori ornatu potestate vestram dignitatem palam | magis, Et latius offenditis, pæne deterritus Opusculum hoc | vix auderem nomini vestro inscribere, Vobisque illud exhibere; | animum tamen dedit vestra jam pridem explorata indoles, quæ | nunquam ab amplitudine humanitatem disjuxit, cujus ipse | præcipue testis esse possum, qui vestris utor præfidiis, vestrisque sub auspiciis vivo, ut qualiscumque sim, quantumque | valeam, Et totus esse vester, Et totum Vobis valere debeam. | Eo igitur animo, quo soletis etiam levia, Muficum hoc Munusculum, Viri Illustrissimi, Et Reverendissimi excipite, amplectimini, fovete: ita Deus O. M. vos fervet, Et sospitet in Ecclesie splendorum, in Patriæ decus, in vestrorum Clientum | præsidium, Et utilitatem. Valete. |*

## Index:

TAVOLA.

MISSA PRIMA  
MISSA SECUNDA  
MISSA TERTIA  
MISSA QUARTA  
[orn. line]

## Imprimatur:

*Vidit D. Celfus Somaglia Cler. Regularis Sancti Paulli,  
Et in Ecclesia Metropolitana Bonon. Pœnitentiarius pro  
Eminentiss. Et Reverendiss. Domino d. Vincentio Cardinali Malvetio Archiepiscopo Bononiæ, Et Sacri Romani Imperii Principe.*

Die 2 Julii 1770.

IMPRIMATUR.

*Fr. Carolus Mora Provicarius S. Officii Bononiæ.*  
[orn.]

**Contents:**

MISSA PRIMA  
 MISSA SECUNDA  
 MISSA TERTIA  
 MISSA QUARTA

**Part-books:**

CANTUS.	a2, A-C4	32pp.	Dedication.	Index.	Imprimatur.
ALTUS.	a2, A-C4	32pp.	Dedication.	Index.	Imprimatur.
TENOR.	a2, A-C4	32pp.	Dedication.	Index.	Imprimatur.
BASSUS	a2, A-C4	32pp.	Dedication.	Index.	Imprimatur. [blank page at end]
ORGANUM	a2, A-C4	32pp.	Dedication.	Index.	Imprimatur.

**Remarks:**

Quarto format. Imprimatur at bottom of Index. Copy examined: I-Rsc. RISM P1071.